

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1746. usque ad
Annum 1749

Luxemburgi, 1753

XLIX. Societati Jesu tribuitur unus Locus inter Consultores Cogregationis
Sacr. Rituum. 24. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74761](#)

humilitate cordis veniam peccatorum poscentis, tuncque benedictionem praesolantis, & gratiam, clementer exaudi: dexteram tuam super eum benignus extende, a plenitudinem divinae benedictionis effunde: qua bonis omnibus cumulatus, felicitatem & vitam consequamur eternam. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Post quam ad cornu Epistola accedit, ut in Actis Ecclesiae Mediolanensis part. 4. Benedic in Ecclesia ad Aliare, stans in cornu Epistola: & stans in cornu Epistola, non trinā, hoc est triplici Signo Crucis, sed unā Benedictione, unico videlicet Signo Crucis, benedicat, proferens altâ voce haec verba:

Benedic Vos Omnipotens Deus + Pater, & filius, & Spiritus Sanctus. R. Amen.

Trina benedictio non est danda.

Trina siquidem Benedictio Episcopo competit, non Sacerdoti: cūque nonnulli in fine Missarum trinam usurpare coepissent, consuetudo Clementis VIII. auctoritate sublata est, quemadmodum ostendit Meratus hac mortali viā nuper defunctus tom. 1. pag. 243. Id Nos etiam adverimus in nostro Tractatu de Sacrificio Missarum. locis supra indicatis. In Rubrica quoque Missalis haec habentur: In Missa solemnē Celebrans eadem voce & modo, qua in Missis privatis, semel tantum benedit populo. Insuper Ceremoniale Episcoporum trinam Benedictionem ipsi solū tribuendam decernit: quod eadem Missalis Rubrica confirmatur: Episcopus autem ter benedit populo etiam in Missis privatis, ut in Ceremoniali habetur. Postremò Alexander VII. Decreto, quod die 27. Septemb. 1659. edit, tempora indicat ac recentet, quibus Abbatibus uero Pontificalium prædicti, ritu solemni celebrantes, trinam Benedictionem impetrare possunt: quod iisdem penitus interdictum, cū rem Divinam privatin conficiunt; quod Nos ipsi indicavimus nostrā Institutione 14. §. 4. num. 19. tom. 2. si Bononiensis editionis ratio habeatur, qua peracta fuit anno 1735. sin autem eadem Institutiones in Latinam linguam conversas, & Romae impressas anno 1747. quis inspiciat, idem prorsus reprehendet Institutione 34. §. 4. in fine pag. 174. Quocirca non sine animi nostri voluntate Epistolam legimus encyclicam Patris Generalis Cenobitarum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quibus in nostris Apostolicis Literis potestas facta est dandi in certis anni Festivitatibus Pontificiam Benedictionem, in qua eosdem admonet, ut populo benedicant unico Signo Crucis, more Sacerdotali: quod ipsum si ab aliis etiam factum esset, querelæ ad Nos delatae non fuissent de usurpatis honoribus Episcopcalibus.

Principitur ne premillia forma violetur.

Hac itaque Epistolā Encyclicā ritum statuimus ac declaramus, quo Benedictio Papalis in posterum tribuetur, eumque notum facimus Ordinum Regularium Præsidibus, ut ipsum Regularibus sibi subjectis observandum indicant. Equidem Alexander VII. Prædecessor Noster usum Pontificalium Abbatis, quibus id prævilegio convenit, accurate præscribens, Ordinaris locorum facultatem concedit, ut, si quid contrarium Abbates commisissent, ipsi tamquam Sedis Apostolicae Delegati rem cognoverent, & censuris etiam, si opus esset, omnem insolentiam compescerent. At Nos aliam viam suscipiendam ducimus, præcipientes, ut de illis Regularibus, qui per scriptum a Nobis antea Benedictionis ritum violaverint, Nos statim certiores efficiant: tunc enim neque infensos invicem Episcopos & Regulares reddeamus, nec populis beneficium Papalis Benedictionis denegabimus; sed facultatem ejusdem Benedictionis tribuenda parere recusantibus au-

feremus, eamdem largiemur aliis, qui iusta nostra facere non detrectabunt: qua in re futuros etiam Romanos Pontifices magnopere hortamus, ut idem exemplum sequantur. Postremo Tibi, & universo tuo Ordini Benedictionem Apostolicam impertimur.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Magorem die xix. Martii MDCCXLVIII. Pontificatus Nostrī Anno Octavo.

Dat. Pont.
A. VIII.
die 19. Mar-
tii 1748.

Societati JESU tribuitur unus locus inter Confessores Congregationis Sacr. Rituum.

XLIX.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Constantem omnium sensum, Pontificio etiam confirmatum oraculo, Omnipotenter minorum Deum, sicut alios alii temporibus sanctos Viros, ita Lutherο, ejusdemque temporis Hereticus Sanctum Ignatium, & institutam ab eo Societatem objecisse, adeo Religiosi ipsius Societatis Alumni luculentissimi tanti Parentis vestigiis insistentes, per assidua religiosarum virtutum exempla, & præclaras omnium doctrinarum, ac præfertim sacrarum documenta comprobare pergunt, ut quemadmodum non mediocre ad gravissimas Catholice Ecclesie rationes saluberrimè accarandas, componendosque mores, atque in bonis artibus instituendos Adolescentes, subsidium conferre satagent, ita nova Apostolica benignitas argumenta promereri videantur. Satis enim superque compertum est universis, atque exploratum, quibus per omne tempus religiosis viris, & Christiana pietate, & omnium disciplinarum splendore, & multiplici literarum cognitione, æternæque Christianæ salutis zelo commendatissimis, addictissima huic Sanctæ Sedi ipsa Jesu Societas locuples adhuc veluti generosa mater non immerito gloriaur.

Nos faœ, qui eapropter semper plurimi fecimus, atque in suprema hac Sacrosancti Apostolatus Cathedra plane immerentes per inefabilem Divinæ Bonitatis abundantiam sedentes, majori in honore laudam Societatem habemus, decet, ut perenni etiam nostra charitatis auctoritatique Apostolicae testimonio eandem donemus; ne quod alius Religiosi Ordinibus, & Instituti in hac Alma Urbe nostra conspicuis, five per Romanos Pontifices Prædecessores nostros, five per Nos ipsos, decus, & ornatum, five honorificentia munus impertum esse dignoscitur, eidem Societati Jesu de Orthodoxa Religione benemerentissima deesse patiamur.

Qui magna nostrorum Operum volumina de Beatificatione, & Canonizatione Servorum Dei pervolverit, is intelliget omni p ocul dubio, quod si in ceteris expediendis negotiis insignium hominum opera, & industria requiritur, in rebus certè per Congregationem Veterinabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositam expendendis, decidendisque, major Virorum in omni disciplina versatorum, quibus ipsa inter alios Ordines, & Instituta Socieras memorata abundat, delectus haberi debeat.

Hinc est, quod Nos Motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine volumus, ac discernimus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus unus ex eisdem Societatis Jesu Presbyteris laudatae Congregationis Cardinalium Sacris Ritibus præpositæ Confessor sit, & habeatur, ut hujus vacatione succedente, alter dictæ Societatis Presbyter in ipsis locum semper substituiatur.

Proemium.
Laudes Soc.
Jesu.

Sensus Pontif.
erga dictam
Societatem.

In negotiis
Congregationis
Sacr. Ri-
tuum consul-
tandis præ-
tentiam ho-
minum opera
expendenda.

Ideo Pon-
tif. unum lo-
cum inter
Confessores
dictæ Con-
gregationis
signat So-
ciet. Jesu

Et quamvis ex ipsa Soc. jam aliud adit Confultor.

P. Emman.
de Azevedo,
presentis
concessionis
fructu gau-
dere statuit.

Claves.

Derogatio-
nes.

Dat. Pont.
A. VIII. die
24. Aprilis
1748.

Et si autem in praesentia Dilectus Filius Hieronymus Ridolfi sepedicta Societatis Presbyter locum unius Confultoris in memorata Congregatione Cardinalium teneat, tamen, ut Pontificiae hujusmodi indulgentiae possessionem ipsa Societas Jesu capiat, atque etiam ut paterna grati animi significacione prosequamur Dilectum Filium Emmanuelem de Azevedo ejusdem Societatis Presbyterum, qui non solum in quanplurimis sive colligendis, sive adorandis, atque in lucem edendis aliorum insignium Virorum operibus rebus Liturgicis plenissimè tractantibus, sed in antedictis etiam nostris Voluminibus, aliquis Nobis compositis in unum veluti corpus è duodecim, & amplius Tomis constans cogendis, & quam cattigafissimè, splendidissimèque hic Romæ recundens maximè intentus, atque in ejusdem Sacrorum Rituum Congregationis negotiis accurate expediendis versatus, & instructus, primum hujusmodi locum quodam veluti merito sibi debitum vindicat.

Eapropter ipsum Emmanuelem de Azevedo a quibusvis excommunicationis, suspensiōnis, & interdicti, aliquis Ecclesiasticis sententiis, censuris, & peccatis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latiss, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censes, praefer memoratum Hieronymum Ridolfi Confultorem auctoritate, & tenore paribus, eundem Emmanuelem unum sepedicta Sacrorum Rituum Congregationis Confultorem itidem quoad vixerit facimus, constitutus, & deputamus; itaut uterque insimul, quoad ambo etiam in humanis fuerint, ejusdem Congregationis Confultoris munere perfungatur, nec alterius vacationi in posterum substituatur, sed per utriusque dumtaxat cessum, sive deceasum, novus ejusdem Societatis Presbyter Confultoris hujusmodi locum a Nobis, ut praemittitur, dictæ Societati assignatum tenere debeat.

Decentes, easdem praefentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtainere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, plenissime suffragari; sicutque in premisis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si securus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictæque Societatis Jesu etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robora Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, præsentibus pro plen, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robre permansuri, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expreſſe derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Magorem sub Annulo Piscatoris die xxiv. Aprilis MDCCXLVIII. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

Cajetanus Amatus.

De Renovationibus Investituratum, & aliarum concessionum Bonorum directi, Domini Cameræ Apostolice.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Concedimus Nobis Apostolicæ Sedis patrimonium non solum pro viribus utiliter administrare, sed etiam nulla sive amplitudinis, sive juris sui parte immunitum servare volentes; viz fieri posse intelligimus, ut Nobis ipsi consent administrationis Nostræ rationes, nisi certò provisum extiterit, ut facultas disponendi de Bonis, Dominis, Proprietatibus, & Juribus ipsius Sedis, & Cameræ Apostolicæ, quæ ad Nos dumtaxat, & ad Romanum pro tempore Pontificem, Supremi Principis iure, pertinet, ab aliis quibuscumque, præter nostram, & Successorum Nostrorum scientiam, mentem, & voluntatem, exerceri minimè valeat. Idcirco perpendentes, quam amplis facultatibus, vel expreſſè, vel implicitè ab Apostolica Sede instrui, vel etiam ex usu & consuetudine uti confueverint Venerabiles Fratres Nostræ Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, qui per temporalem Sanctæ Romanae Ecclesiæ Ditionem, ad Bononiæ, Ferrarie, Æmiliae, & Urbini Legationes regendas & gubernandas, Legati de Pontificis Latere miti, eorumque exemplo etiam Prælati Præsidentes, qui ad aliquas ex prefatis Provinciis cum facultatibus Legatorum a Latere regendas pariter, & gubernandas aliquando deputari solent; ne forte ex laxiori facultatum hujusmodi interpretatione, aut ex assertis consuetudinibus absque Nostra, & Pontificum Prædecessorum Nostrorum scientia inducatis, in concedendis, aut renovandis Investituris Bonorum Feudalium, Emphyteuticorum, Livellariorum, seu alio quocumque nomine, & titulo ad directum Dominum, & Proprietatem Cameræ Nostræ Apostolicæ pertinentium, aliquid per eos fieri contingat, quod potestatis eidem attribuere finis excedat, atque in ejusdem Cameræ, illiusque Proprietatum, & Jurium detrimentum vergere possit; post discussam prius rem in Congregatione Particulari super Oeconomica Status Ecclesiastici administratione deputata, certos in hoc rerum genere eidem Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus Legatis, & Prælatis Præsidentibus, Provinciis Legionem præfatarum respectivè præpositis, limites, quos ipsi nullis futuris temporibus prætergredi valeant, etiam declarando & indulgendo ponere, & designare volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præsentium Literarum tenore decernimus & statuimus, ut in concessionibus, dationibus, & investiture Terrarum, Arcium, Villarum, Agrorum, Possessionum cultarum, & incultarum, Casalium, Lacuum, Sylvarum, Proprietatum, Bonorum, & Jurium quorumcumque, & cuiuscumque generis, ad præfatae Sedis, & Cameræ Nostræ Apostolicæ directum, & proprietarium Dominum quomodocumque pertinuentum, in Feudum proprium, sive improprium, nobile, sive ignobile, aut in emphyteutum, aliave ratione sub Censo, Canonis, Livelli, pensionis, regalium, & aliarum quarumcumque responsum, & recognitionum præstatione, & solutione, hactenus factis, & deinceps quan-

ANNO
1748.

L

Proprietary
de Bonis
mera po-
stolicis
vanus
mannu po-
tificale
tat.

Ejus tam
de Latere
Legati alle-
quibus fac-
tibus in la-
parie fuit r
strada.

N. anno
in uero fac-
tatis fuisse
cedamus.

Premier
decem
ac decess
ut infra.

I.
Quod lo-
gari conce-
re possum &
novationes
explico tem-
pore in la-
vestituris
convento

docum-